

DE RATIONE

VICTVS SALVTARIS

post incisam venam, & emis-
sum Sanguinem, ad Ar-
matum Epigram-
ma Anastasii.

*Venâ Armate tibi medici incidere, timetis
Nescio venturi qualia damna mali.
Nunc quo vita modo fuso peragēda cruo-*
re,

*Sitq; diæta tibi qualis habēda, rogas.
Illi morborum dicant Armate periti,
Hæc nō est nostra falce metēda seges.
Nō missum facis, & cupio ex te audire di-*
serui

*Atq; aliquid tua quod Pieris ornet, ais.
Accipi quādoquidē nugas ad seria ducis,
Quæ facias, octo versibus, octo dies.*

*Prima cæna die sit misso sanguine parca,
Lux abeat letis aucta secunda modis.*

Tertia sed placidæ debetur tota quieti:

Quarta & quinta sibi mollius esse vo-
lunt.

*Balnea sexta petit: mox septima colligit
anras,*

Fertq; vagos circū rura nemusq; pedes.

*Octaua amplex^{us} dilectæ cōiugis, & quæ
Ante fuit, vitam restituisse solet.*

Victus